Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

Et facta constitutione nocte una cum pio epo et virgine
dei perreximus ad virum dei Iouatum. Nocte cum vidisset vir
dei Iouatus omnes congregatos ad se venisse gratias
cepit agere deo quia miserit a pio epo et virgine dni u
na cum vra deuotione visitari et fuimus in domo eius
diebus ac noctibus viii. Factumque est ut in tercio decimo
die ipse Iouatus vir dei transiret ad dnm regni ce
lestis gloriam percepturus. Prologus in passionem
sci Albani martyris



Theoretico. evangelice
crucis paulo dno Bardo
ni abbati. fr Golwinus spu
uiuere spu et ambulare
usque ad coronam gle. Precipis
pater scissime. et precepti
mole me premis ut vitam
agonem et triumphum sci Albani iuxta litteram desi
dia oblitterante deprauatum. laucioris stili acu
mine in meliorem res culpam formam. quasi vero utile
sit ad secretum negotiantis ocii mei oblatrantis in
uidie hac occasione aperire ianuam. Fateor quidem
pater quod hic diuinus mr. et si multa gesserit per
que noticia tanti nominis semper superstes iuuat.
et ita se miraclorum signis usque quaque diffudit ut
usque in finem mundi nulla obliuione obliterari
metuat. tamen precipuis eius meritis etiam hec debetur
reuerentia ut tanti viri vita litteris ad fidem manda
ta omni succedentium posteritati. immortale memo
riam porrigatur. et ad exemplum xane perfectionis quasi
bene viuendi. speculum proponatur. Scribantur hec ingenia
tione alta. et ppls qui cabitur laudabit dnm. Merito
ergo scribentur si quas tanto mre tenaci mte cana notauit
antiquitas si qua in scedulas fidelium respsit deuotio
quantum tunc temporis hereticorum patiebatur immanitas. non
ut virtutum eius multifaria numerositas sibi ipsa suffi
ciens mortali preconio egeat sed ut bonus odor xpi
ex hoc purissimo spe sci vase prodiens totam ecclesie
domum celesti nectare perfundat. At tamen alme pater
nichil in me est huiusmodi vel si quis ad hec valeret hodie
vix curantur talia. nec more maiorum sua virtuti re
spondent premia. sed magis quam unquam hoc tempore
aeris inuidia pulsans innocentiam. aut obliquo
oculo aliena commoda limat. aut taxicati dentis
clandestino morsu venenat. Proinde id quod proponis
ego doctiorem videns expectare pollicem. conscientiam tenuis
ingenii excuso humilitatem ducoque sacius me sub
silentii latibulo abscondere. quam scribendo liuori ride
dum vel rodendum emulis exponere. Sed quid diri. Quo stultus
aberraui. Mea perfecto nichil interest relicta virtute in
uidiam placare quin potius suis. ipsa se stimulis
afficiat. et quod inuideat videns tandem suis ipsa telis
confossa deficiat. Quia vero tu me instantius urges nefas
videtur uissioni tue pertinaciter reniti. idcoque auctori
tate tua fretus. quod precipis accingor aggredi. nutan
tes insecte gressus baculo tue sustentans sapientie et cecy
tientem cordis oculum tue serenans collirio scientie.
Obnixe autem peto tuis sancte congregationis tibi credite precibus
adiuuari ut sapientia que aperit os mutum et linguas in
fantium facit disertas meis dignetur sensibus aspirare
et arida sterilitatem agri sui cordis mei gratie celestis rore
fecundare. atque ita contempnere animum linguam et cala
mum. ut quicquid animus lingue interpretis officio scribe
dum mandauerit calamo. nitatur fundamento hysto
rice veritatis congruis verborum et sententiarum vestiatur orna
mentis. sitque prorsus dignissimum tue auctoritatis punc
to. et tanti meritis triumpho. Si autem vestris intercedentibus mi
tis voti meruero compos existere. et optatam huius curri
culi metam aurigante xpo contingere nostri laboris xe
nium ad vestrum mittam examen. malens apud senatores re
gularis curie karitatis lima poliri. quam apud gimnoso
phistas mimice palestre subdola. et palpanti adula
tione coram mulceri. et liuido dente clanculo morderi
vel hesternam ructantes crapulam inter pocula querunt ro
mulidum saturi. quid dia poemata narrent. Cum autem in ma
nus tuas hoc opusculum venerit. in archano mentis pa
latio pretribunali sedeat uider ratio. quicquid nuntiantibus
sensibus ad iudicandum intus admittitur. subtili examine
discutiatur. et cum id quod deferimus subtiliter fuerit discus
sum tu labori nostro supremam impone manum. Rogo autem
ne tu scede isti ostium fias. vel ab auditorio regularis se
cretum exitum ei. usquam petere permittas sed tibi tantum tuisque
loquatur. vobis inter pia otia fabuletur. Satius est enim ut cor
rigatur inter pauperes xpi. quam derideatur inter diuites
sci. Porro specialiter oro euglice crucis senes. quorum
pio hortatu et fideli relatu hic adtemptare audeo. ut
solitas preces solito enixius albano suo prosternant et fa
uorem eius conatui nostro conciliare non desinant. Rogo inquam
euglicos senes qui intra terreni regiam paradisi celibem
ducentes vitam. celestis curie senatores vite innocen
tis puritate student emulari. ut apud patronum suum hoc
continua nobis impetrent prece. quatinus nos in terra de
se meditantes et confabulantes ipse de celo vel eternaliter

Pxi. k iulii

261